UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqva Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam, Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistol. LXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64144

Visual Library

reuerſus eſt, *vt ait Aſtronomus Ludouici in chron. Vrgellam ſcilicet, quæ, eodem teſte*, in Pyrenei montis iugo ſita) & de ſpluncis venenatæ perfidiæ contritum non Herculea, ſed Euangelica claua caput releuare conatur, *Veriſsime, inquam hæc Alcuinus: neq; enim aliorſum hæc traho. Propterea tertio damnari debuit, quod factum 794. in Synodo Francofurdenſi præſente Carolo M. vt Annales Franc. & Aſtronomus Ludouici in chron. teſtantur.*

Vnam merſionem) *De trina merſione in Baptiſmo retinenda vide ep. 8. fol. 27.*

IN EPISTOL. LXI.

DE Auarorum genere triumphatum) *m. ſ. vitioſe:* de Varorum. *Auares ſeu Auari tum ſubacti ſunt à Carolo Magno, teſte Alcuino in epiſtola, quam citat VVillielm. Malmesbur. lib. 1. c. 4. de regno Merciorum.* Auares, quos nos Hunos dicimus, exarſerunt in Italiam, & à ducibus præfati Regis Chriſtianiſſimi, ſuperati domum cum opprobrio reuerſi ſunt. *Similiter* & ſuper Bauariã irruerunt, qui & ipſi ab exercitu Chriſtiano ſuperati & diſperſi ſunt. *Lege Rogerum de Houeden parte 1. Annal. anno 795.*

Æricum) *vide de hoc epiſt. 53.* *fol. 117. v. 26.*

IN EPISTOL. LXII.

LIudgarde) *Vxore Caroli Magni, de qua etiam epiſt. 25. & 47.* *fol. 118. v. 19.*

IN PROSPERVM.

V*Bires agitur coniecturis, ibi, meo iudicio, nemo tuto ſatis quicquam aſſerit. In præfatione Proſperi Chronicis præfixa, fuit coniectura noſtra, Proſperum Euſebij hiſtoriam tantum continuaſſe. Quod vero Gennadius dicat, ſe Proſperi Chronicon legiſſe ab orbe condito vſq; ad captam à VVandalis Romam, id tantum reſpicere illum computum, quo in fine colligit numerũ ab Adamo. Et hoc exem-* *fol. 132.*

Pppp 2 ple